



Articulus fidei orthodoxæ

DE ANTICHRISTO.

Cùm Episcopus Romanus, erectâ sibi in orbe Christiano Monarchiâ, sibi arroget principatum in omnes Ecclesias & Pastores; usque ad eò inflatus; *a* ut DEUM ipse se appellet: *b* velit adorari: ipse sibi tribuat omnem potestatem in cœlo & in terrâ: res Ecclesiasticas ad libitum componat: condat articulos Fidei: authoritatem Scripturæ velit pendere à suâ; eamque ad libitum interpretetur: animarum mercaturam exerceat: liberet adstrictos votis & juramentis: novos Dei cultus instituat: & quod ad civilia attinet, legitimam Magistratum authoritatem convellat; dans, adimens, & transferens Regna: Credimus & asserimus, eum esse verum illum & germanum Antichristum, filium perditionis, prædictum

A

in Ver-